DE

HERPETE.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MEDICO-CHIRURGICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN
UNIVERSITATE LITERARIA
FRIDERICA GUILELMA
AD SUMMOS
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES
RITE IMPETRANDOS
DIE IX. M. MAJI A. MDCCCXXXVII.
H. L. Q. S.
PUBLICE DEFENDET
AUCTOR

CAROLUS HEYNER
THURINGUS.

OPPONENTIBUS:
A. DITTMAR, MED. ET CHIR. DR.
E. PERLE, MED. ET CHIR. DD.
F. QUIRING, MED. ET CHIR. DD.

BEROLINI,
TYPIS NIETACKIANIS.

VIRO

EXCELLENTISSIMO AMPLISSIMO DOCTISSIMO

AUGUSTO CARO

UTRIUSQUE MEDICINAE DOCTORI

.OFESSORI MEDICINAE, INSTITUTI POLYCLINICI CHIRURGICI UNIVERSITATIS LITERAR. LIPS. DIRECTORI, URBISQUE MEDICO PUBLICO, COMPL. SOCIETAT. LITERAR. MEMBRO ETC.

PRAECEPTORI ET FAUTORI

PIE VENERANDO

T AVUNCULO OPTIMO ET CARISSIMO

HENRICO SCHOMBURGK

MERCATORI ATQUE COLLEGII LIPS. MERCATORUM ANTISTITI.

scriptiuncula auctoritati tam praeclari viri qu dammodo saltem respondeat, quum gravem m ac difficilem rem esse aggressum haud ignoren Itaque Vos, lectores ornatissimi iidemque er diti harum rerum judices, etiam atque etia rogatos volo, ut si quid a me peccatum rep ritis, quod inventuros Vos esse certe scio, c literis humanis disputantes humane me edoce tis Vobisque me ejus rei maximam ipsis gratia habiturum esse persuadeatis. Jam vero ant quam ad materiam, quam tractandam proposu ipsam aggredior, pauca modo mihi videntur ess de historia herpetis dicenda.

Historia herpetis.

Magna est sane inter veteres medicos, qui de cutaneis ffectionibus scripserunt, discordia, quae non solum ex liversitate generum herpetis, sed etiam e vago et inconstanti nominum usu exorta videtur, ita quidem ut mnnis exanthematum herpeticorum historia nihil aliud iisi immensum chaos sit, quod disponere atque in omnes ollustrare doctissimi hucusque viri frustra conati sunt.

Primum quidem, ut a celeberrimo Graecorum medico ncipiam, Hippocrates[1]) endemicam cutis efflorescentiam, ıdjunctis pustulis et papulis, quae squamas furfuraceas elinquunt atque pruriunt, lichenis nomine significat; uem quidem lichenem (*λειχην*) esse summae cutis viium, ut *ψωρα* et *λεπρα* asperitate quadam et levi pruitu adjunctis, Hippocratis commentatores, sicuti Foeius [2]), affirmant. Ceterum ex eorum scriptis hoc plane onstare videtur, artis medicae patrem, utpote qui plues hujus morbi species enumerat, veram et perspicuam jusdem imaginem sibi finxisse. Deinde Galenus [3]) lihenes statuit benignos et malignos (*λειχην ἁπλους και ιειχην ἀγριος*) aliis locis nominantur exanthema faciei[4]) ıustulosum seu contagiosa mentagra. Blancardius [5]) do-

1) Epidem. lib. IV.

2) Oeconom. Hippoc.

3) Galen. introd.

4) *σύκωσις*, Galen. de compos. med. l. 5.

5) Lex. med.

cet: lichen Graecorum est impetigo Plinii, inaequalita cutis cum insigni pruritu et pustulis siccis, ad vicin serpens seque extendens.

Ceterum herpetis nomen veteribus Romanis minim fuisse innotum, patet e Celso, qui de igni Romanorum sacr disserens herpetis quoque facit mentionem. Denique in ter veteres Plinius nomine *Ζωστηρ* [6]) morbum herpeti cum significat. Quid? vel recentiores de significationi bus hujus morbi fluctuant. Souvagius enim herpetem no minat dartre (a *δερω* ex corio) et novem ejusdem clas ses constituit. Pertrandius, Lorryus, Schenkius et Fol lopius vestigia ejus persecuti sub lichene mentagram Pli nii intelligunt, quam Grunerus desquamationem epidermi dis furfuraceam nominat. Hafenrefferus [7]) et Platerus [8] inter lichenes et herpetes nullum prorsus discrimen statu volunt, utpote ad scabiem eosdem referentes. Quod qui dem probare videntur arabici medici, qui lichenem a herpete non discernunt. Serapion enim lichenem nomi nat exanthema pruriens, quod in impetiginem transeat et Avicenna herpetes vocat formicas.

Auctoritate Guy de Chauliac's (chir. mag.) formic nihil aliud est nisi *ἑρπης κεγχριας* Graecorum, quam Arabes Namlah dschaursith (formica miliaris) nominant.

Media aetate Salivetus accuratissimus formicae obser vator fuit, ut etiam Plenkius, qui lichen discernit cha ractere [9]).

Ecce, lector ornatissime, quanta nominum diversi tas ac commutatio. Cujus quidem diversitatis nominum atque commutationis causam in eo potissimum inveniss mihi videor, quod exanthemata saepenumero a medici

---

6) Lucretii loca sunt de rer. nat. VI. 660 — 65.
7) De cutis affect. I. 15.
8) Praxis 317.
9) Vide ejus morbos cutaneos.

levioris momenti habita non semper ea qua opus erat diligentia observarentur et brevius leviusque describerentur. Praeterquam quod difficillimum esse videtur morborum immensam multitudinem ita describere, ut singulos a singulis statim et accurate possis discernere. Corporis enim omnis dispositio, diversae aegrotorum aetates, spatium morbi, pruritus atque color epidermidis, munditiei cura ab aegrotis adhibita, regio denique atque clima, in quibus vivunt aegroti, quis est, quaero, qui dubitet, quin haec omnia exanthematum genera reddant diversa?

Itaque nostris quoque temporibus de hac re inter observatores versatur opinionem diversitas, quam recentiores doctissimi exanthematum observatores, Isenflammius, Schwedianus, Frankius, Wichmannus, Alibertus, Haasius, Plumbius aliique componere studuerunt. Praecipue Willan ejusque discipulus Batemann herpetem accuratissime descripserunt. Commemorandi sunt Wedel, Pitner, Roussel, Poupart, Tournei, Geraps, Gempf, Goldbeck, Heusler, Tilesius, Höffner, Friebezeiser, Plumbe et alii.

De herpete in universum.

Definitio.

Herpes (a voce graeca ἕρπω, serpo) lichen, formica, impetigo, serpigo est exanthema chronicum, non contagiosum, periodicum, sese manifestans parvis papulis aut vesiculis, partim gregatim, partim passim florentibus modo rubris, modo subluteis vel pellucidis, pruritum excitantibus. Quae papulae vel vesiculae ex irregulari rubra area elevatae paullatim latius extenduntur, ac disruptae lympham primum serosam, pellucidam, deinde pallidam effendunt, vicinas partes corrodentem, aut si in loco affecto perseverat, fluidum, squamas vel crustas formantem, quibus delapsis novae exoriuntur papulae, ita ut cutis in statu irritato semper teneatur.

Symptomatologia.

Herpes nonnunquam sine prodromis, saepe vero etiam cum animi morositate, corporis defatigatione, et digestione turbata ingruit. Mox vero cum ingratissimo prurito, magno ardore, quasi ustionis sensu, vel in una vel in pluribus cutis partibus, multae papulae exiguae aut solitariae aut confertae, forma irregulari cohaerentes [10], ad basin duriusculae, quasi roseae, ad apicem subalbae seu flavae, sine cutis intermediae irritatione, frigore haud evanescentes, seroso, pellucido, lymphatico fluido repletae efflorescunt.

Peculiare mali signum est auctus pruritus et ardor qui apparet brevi post largas epulas. Quod si in hoc stadio oculo armato papulas observamus, nihil aliud in conspectum venit, nisi area rubra miliaris et phlyctaenodes forma ovalis, in qua papulae ordine quodam collocatae, confluentes, elevantur. Praeterlapsis duodecim circiter horis lympha in vesiculis contenta lacti similis fit tertio autem die illa area obscuratur ac pustulae vel sponte vel scalpendo apertae ichorem foetidum, saniosum acremque emittunt, vel squamas vel crustas scabras, tenues, inaequales, aut luteas, aut cinereas, modo siccas modo humidas relinquunt. Epidermidis desquamationem non semper secundum certas formas ac leges perfici, atque ea, quae in vesiculis secernantur, fluida crustas formare, modo squamosas, modo farinosas, modo furfuraceas ex aliis exanthematum formis, v. c. ichthyosi, pityriasi etc intelligimus. Ichor acris effluens, qui molestae ustionis sensu causam praebet, vicinas maxime partes corrodit et novam excitans cutis inflammationem cito morbi fines ulterius extendit. Secretio hujus ichoris quo profusior est

---

10) Thomas Batemann, praktische Darstellung der Hautkrankheiten, aus dem Englischen übersetzt von Hanemann, Halle. 1815 pag. 332.

eo magis perniciosas ac celeres cutis perturbationes provocat. Quid semper in herpete invenitur pruritus et ardoris sensus certis diei temporibus et coeli temperie tam vehemens est, ut aegroti invitis ipsis radere partes affectas et perfricare coacti sint. Nec minus digestionis organa in mali societatem trahuntur, quae si diu perseverant in hoc statu, nonnunquam cachexia universalis totum corpus invadit.

Intumescere enim incipit hepar, anasarca universalis exoritur ac febris lenta et colliquationes aegroti vires sensim consumunt.

Porro herpeti solet esse peculiare, ut non in una cutis parte consistat, sed plures ejus regiones peragrare soleat.

Ita adeo internae partes affectae a nonnullis observatae sunt, v. c. glandulae lymphaticae, ossa [11]), systema nervosum [12]), intestina [13]), cavitas aurium [14]), narium [15]), tracheae [16]), pulmones [17]), urethra [18]), vesica urinaria [19]), uterus [20]).

---

11) Alibert 1 c. p. 66.

12) Hermann de singulari epilepsiae infantilis causa (Miscell. acad. nat. cur. dec. II. a. 4. 1685. p. 177.)

13) vide Joseph Frank, Praxeos medicae universae praecept. p. I. p. 158.

14) P. Frank, epit. Vol. IV. p. 144. memorabilis historia principis Spirensis.

15) J. Frank, p. I. p. 158.

16) Idem.

17) Idem.

18) Weinhold 1 c. p. 52. — Royston 1 c. — Gonorrhóe occasionnée par la matière de la dartre (Annales de la soc. de méd. de Montpellier. T. 7. P. 2. p. 102.)

19) J. Frank, p. 1. p. 158.

20) Idem.

Diagnosis.

Differt herpes ab aliis exanthematibus eo, ut irritatio cutis praecedat tumore, rubore et ardoris sensu sesprodens. Forma herpetis id proprium habet, ut modsolitarium sit exanthema, modo confectum et commugaudeat area. Herpes neque ad modum scabiei, frigoradmisso evanescit, nec ut alia exanthemata pallidus fsub digiti impressione. Ceterum etiam cutis, herpete affecta, prurit, fluidumque secernit acre, quod crustas format et ulcera. Sub crustis obduratis, secretio abnormperdurat, quare crustae illae celerrime regenerantur, ulpriores delapsae fuerint.

Divisio.

Quum sententiae de cursu symptomatibus causisququam maxime inter se discrepent, certas classes constituere difficillimum est.

Itaque in dividendo herpete solummodo formam respicere optimum videtur. Tres species praecipue sundistinguendae.

I. Herpes farinosus seu furfuraceus, simplex, siccus, lichen siccus, levissimus gradus, quin omnibus epidermidis locis, aëri magis minusve expositis observatur; v. c. in facie, parte capillata capitis, auribus, mento, superciliis, collo, cubito, manuum palmisfossa poplitea, pedum plantis, labiisque pudendi. Sempefere sine febris vestigio, et cum tumescentia et asperitataffecti cutis loci, papulae exiguae vix oculo perspicuaecopiosae, irregulares, dispersae, rotundae, et rubrae iarea circulari inflammata dispositae efflorescunt, quaaucto cutis calore pruritum excitant vehementissimumtemperie adaucta crescentem. Tempore aliquo interjectseu vestibus fricatae seu unguibus scalptae rumpunt, eserosum exsudatum effundunt, vicinas partes irritans, novasque pustulas provocans. Copia fluidi exhalati sempe

st minima. Nunc desquamatur epidermis, seu sub forma ulveris furfuris vel farinae, seu sub forma permultarum enuium lamellarum albescentium, quae cuti modo firme dhaerent, modo facile solvuntur. Desquamatione perfecta orium in affectis locis denuo rubescit, et novae papulae ignuntur. Haec quidem species paullatim progrediendo onnunquam totam corporis peripheriam invadit. Ceterum lerumque haec forma benigna et critica est, et brevi et acile curanda, excepto herpete inveterato et superciliari. pityriasi, localibus affectionibus atque papulis in area nflammata dispositis facile discernitur. Jure noster ex- ellentissimus Haase hanc speciem propter sedem, quae perte solum in cutis superficie atque systemate capillari ollocata sit, atque propter desquamationem cum inflam- nationem erysipelatosa maximam similitudinem habere, au- tor est.

II. Herpes miliaris [21], *formica miliaria*, erpes pustulosus, herpes phlyctaenodes, *κεγχριας*, lichen ircumscriptus Batemanni.

Prodromi: Eruptionem antecedere soleat febris, acta eruptione, ut plurimum cessans, et cephalalgia, prae- ipue in frontis regione, somnus inquietus et interruptus, actatio inquieta, dyspnoea, nausea, ructus, vomituritio, omitus, anorexia, tarditas alvi etc.

Cum vehementissimo pruritu, calore, rubore ac tu- nore auctis, atque cum tensionis et ustionis sensu, haud aro accedentibus exacerbationibus febrilibus, praecipue espertinis, papulae corymbosae, post nonnullos dies se- ninibus milii similes, acuminatae, albescentes seu flaves- entes, ad basin magis rosaceae, saepe confluentes ad picem seroso lymphatico fluido repletae, ad magnitudi-

21) J. Frank, Haase et Lorry sub hoc nomine intelligunt omnes herpetes, qui non farinosi et exedentes sunt, cui speciei etiam herpetem crustaceam et squamosam adnumerant.

nem milii, adeoque lentis, vel pisi in cutis parte affec prorumpunt.

Quum vasa lymphatica effusum serosum recipere r cusent, rumpuntur pustulae, atque ichor acerrimus, vis dus, tenax, foetidus, vicinas partes irritans, novasq eruptiones provocans, excernitur. Lympha exsudata cr stas[22]) vel squamas[23]), squalidas, scabras, modo ciner modo luteas, aut siccas, aut humidas[24]) format, quib delapsis magna inflammatio in cute relinquitur, quae eu dem habet exitum.

Materia in pustulis contenta tam viscida et tenax e ut vestes parti affectae impositas in magnum aegroti i commodum agglutinet. In tota quidem corporis superfi erumpere potest, plerumque tamen in auribus, naribu labiis, mento, papillis mamillaribus, regione perinaei[2 scroto, in praeputio, vulva, dorso, brachiis atque in cr ribus conspicitur. Haec forma saepe in herpetem ex dentem transire potest.

III. Herpes exedens. Synon. h. rodens, depascens, h. phagadaenicus, h. malignus, lupus ver Batemanni, formica corosiva, Ἑρπης ἐσθιομένος, nu quam paene est morbus primarius, sed saepissime herp tis miliaris exitus, et hoc quidem modo decurrit, affe tionibus stipatus febrilibus, cum cutis tumore, asperita rubore circumscripto, erysipelatoso, vehementissimo pr ritu ac tensione, circiter post XXIV horas in loco i flammato pustulae exiguae conspiciuntur, rarissime quide singulae, sed semper fere aggregatae, quae usque ad n cis avellanae magnitudinem crescunt, et primo in api deinde in omni circuitu, fluido seroso, limpido, acri, vi

22) Herpes crustaceus, Aliberti impetigo, scabida Batemanni.
23) h. squamosus, Alibert.
24) h. squamosus madidans Aliberti. Impetigo fugerata Bateman
25) lichen haemorrhoid.

lo, cruento foetidoque implentur, et denique rumpun-
r, partes vicinas depascunt, rete Malpighii telam cellu-
sam cuti subjectam, imo musculos irritant, inflammatio-
m in illis movent, ac denique exulcerationem provocant.
x his ulcusculis magna ichoris acris, aquosi, nonnun-
am squamas seu crustas formantis, copia effluit, et tali
odo malum praecipue et late et profunde propagatur.

Haec species in qualibet corporis parte, exceptis
ulis[26]), saepissime in facie deprehenditur, ubi pecu-
rem formam in mento observamus, Mentagram dictam[27]).

*Characteristica signa ulcerum herpeti-
rum.* Eaedem ut in praecedenti specie adsunt pustu-
e, eaedem crustae, idem pruritus, ejusdem exudatio
ateriae, eadem crustarum desquamatio ac regeneratio.
lcera autem area inflammatoria circumdata sunt. Ma-
ria ex ulceribus effluens, flavescens, tenuis, partes
per quas effluit erodens, tam est maligna, ut circui-
m ulceris, nova inflammatione erodat et depascat ac cu-
m ulterius destruat. Fundus ulceris inaequalis saepe
xis granulis carneis obtectus. Margines semper inaequales
colores, corrosi et lacerati, reflexi versus ulcos, te-
es, rarius autem callosi atque prominentes conspiciun-
r atque circuitus ulceris rubore livido cinctus. Sub pru-
tu et dolore vehementissimo symptomata crescunt, si
cera corpus cachecticum invadunt, vel cum dyscrasia,
philitica, scrophulosa complicata sunt. Nunc insequuntur
itis destructiones, musculorum et ossium debilitas summa,
chexia, morbi pthisici, hydrops universalis et denique
bris hectica scenam claudit.

Aetiologia. I. Causa praedisponens. Prae-
sponitur ad herpetem potissimum constitutio corporis

26) J. Frank.
27) Sycosis menti. Batemann. Dil. Plat. XIV.

lymphatica, laxa, tumida et magna sensibilitate cu praedita.

Itaque facile intelligimus, inprimis urbium incol et qui loca palustria [28]), humida incolunt, procliv esse ad herpetem.

Causis praedisponentibus herpetis diathesís quoq hereditaria adnumeranda est, si quidem parentes arth tide, scorbuto, syphilide laboraverunt.

Aetas quoque iuvenilis praecipue tempore puberta ad herpetem disponere dicitur, unde Fr. Home [29]) nosocomio suo omnes herpete laborantes uno tantum e cepto quindecim usque ad triginta annos natos fuisse refe

II. Causae excitantes sunt omnes, quae vita tati cutisque vegetationi noxiae sunt. Dividuntur in t picas et universales; *topicae* sunt vestitus asperrim fricans, cutem irritans, ut lana, quare quidem opera lanifici uti textores maxime proni sunt ad herpete Deinde cutis iniuriae mechanicae et chemicae, uti us unguentorum emplastorumque irritantium, vesicatorioru sinapismorum et aliorum epispasticorum.

Universales. Porro reproductio perversa, sord biliosae, acria ventriculo ingesta irritantia, rancida, ca nesque corruptae, fumatae, pisces, conchae, cancere mensium suppressio, urinae secessio imminuta, lactis m tastatis, haemorrhoides suppressae, fluor albus, diarrho sudor habitualis, abusus spirituosorum, affectiones ani vehementes, ut desiderium [30]) veneris, ira, invidia, pra sertim deprimentes, quales sunt tristitia, terror; vita s dentaria, dyscrasia syphilitica, scrophulosa, scorbuti arthritica, rheumatica, scabiosa.

Causa proxima. Causam proximam herpetis v

28) Nonnullae regiones, ut Isubria, ita herpeti favent, ut eum e demicum dixeris.

29) l. c. 469.

30) Alibert, S. 248.

res medici et Graeci et Arabes in bile fervida [31]) superflua disquisivere, et Galenus [32]) Paulusque [33]) ab humore luteo cum bile fervida mixta in pustulis contento erivarunt.

Nostris temporibus affirmant alii medici [34]), renes ecernere azotum, quod a sanguine non secretum cutem etat et herpetis formam per antagonismum assumat. Qua x causa Weinhold plumbaginem pro specifico in sanando erpete commendavit.

Aliis [35]) placuit, acrimoniam quandam herpeticam ilis et liquoris lymphatici assumere; aliis dyscrasiam, epravationem humorum, quae herpetis productione in ute appareat. Excellentissimus Haase [36]) docet, causam proximam herpetis, ut omnium exanthematum et utis organi statu inflammatorio procedere, ita ut inflamatio modo magis systema capillare in superficie arripiat, odo altius descendens, rete Malpighii infestet, et ea tione ulcus herpeticum exquisitum tanquam inflammaonis exitus adspiciendum esse.

Etiam lectu digna sunt, quae Jaksonius [37]) hac de re rotulit.

Necroscopia. Sectiones cadaverum herpete denctorum vel inflammationem pulmonum, vel enterohelosin, vel hepatis volumen auctum, vel denique liquorem erosum in pectoris cavitate exhalatum perhibent.

Analysis chemica. De analysi chemica summam

---

31) Lorry, Abhandlungen von den Hautkrankheiten, aus dem Lateinischen von Held. Bd. 1. S. 558.

32) Galen. de tumor. act. lib. XIV.

33) Paulus lib. IV.

34) Weinhold, der Graphit als neuentdecktes Heilmittel gegen Flechten. 2. Aufl. 1812. S. 58.

35) Dict. des Sc. med. 1.

36) Chronische Krankheiten.

37) Iakson, Dermato. Pathol. ect. Erfurt. 1794.

sibi laudem promeruit Alibert. Experimenta quae in... tuit haec docuerunt:

I. squamae componuntur:

a) Albumine, b) mucilagine animali, c) natro mur... tico, d) natro sulphurico, e) acido phosphori... f) calcarea phosphorica.

II. Crustae eadem principia offerunt, excepto ac... phosphorico, cujus locum Calcarea carbonica te...

Complicationes. Herpes cum quolibet alio mo... aut universali aut topico, qui omnes modo plus m... minus curationem impediunt, conjunctus esse pot... Saepissime herpetem cum syphilide, scabie, scorbu... scrophulosi, erysepelate et carcinomate complicatum ... venimus. In curatione igitur hae complicationes prae... pue respiciendae erunt.

Prognosis.

Pro topico vel universali indole, gradu et tempo... quod explevit malum, sistenda est, quapropter mal... modo cito, modo lente, modo fauste, modo infau... decurrit; rarissime vero aegrotos obtruncare solet. H... petes locales minus pertinaces facilius aptis reme... cedunt. Sed gravioris momenti sunt herpetes cum a... morbis complicati. Sunt tamen exempla, quae critic... et salutarem quoque vim herpeti inesse testantur. ... seph Frank tali herpete pertinacem hypochondrias... asthma gravissimum. aliaque incommoda sanare po... dicit.

Nonnunquam tales herpetes per menses, annos... omnem vitam durant, et omnibus remediis resistunt. Q... altius autem herpes in cutem penetrat illamque destr... eo difficilius curatur. Meliorem prognosin herpes ae... tis junioris, qui pubertate ingruente, interdum spo... natura sanatur, praebet. Saepe autem herpete malig...

c diutius perseverante, cutis functiones perturbantur, et ro ratione constitutionis aegroti varia eademque gravisima incommoda oriuntur; uti desorganisatio cutis et xulceratio, vitia digestionis, viscerum obstructiones, inurationes organorum abdominalium, atrophia, oedema xtremitatum atque hydrops universalis, febris hectica etalis insequuntur.

Curatio.

Cum numerus remediorum ad sanandos herpetes ommendatorum sit largissimus, et natura huius morbi dmodum diversa, maximi momenti erit, certas indiationes constituere. Primum est, ut causas respicianus, quae diversam medendi methodum postulant. Cauae igitur, si eas exploravimus, erunt removendae, sic erpes, cuius causam materia acris biliosa in tractu ntestinali accumulata constituit, sanandus est resolventius atque evacuantibus remediis. Si originem ducit a lyscrasia scrophulosa, scorbutica, arthritica, syphilitica tc. remedia his ipsis opposita adhibenda sunt. Omni utem fere casu praecipue est excretio alvi respicienda, tque ut alvus quotidie pluries solvatur curandum. Porro egroto stricta diaeta observanda et a nutrimento carneo, raecipue nimis salito et fumato, a piscibus corruptis tc. abstinendum est.

Saepe etiam mutatio loci, aer purus et serenus, praeipue montanus, domicilia sicca, pura, clara, spatiosa, et notus corporis quotidianus curationem adiuvant. Denique utanea transspiratio adaugenda est, maxime corporis nunditie, cui imprimis balneis et crebris lavationibus rospicitur.

Altera indicatio ipsum herpetem aggreditur, qui quum emper cum turbatis systematis reproductivi functionibus ohaereat, atque morbi interni quasi symptoma sit, non

tam incaute supprimendus erit, quam potius emenda[...] assimilatione curandus. Inde sequitur, unum remediu[m] in omni casu sufficere, ac specificum esse non poss[e] quemadmodum medici rudes, empiriae dediti, alii a[...] multa invenisse sibi visi sunt.

Ad remedia autem contra herpetem laudata pertinen[t]

1) Remedia vegetabilia, quae inprimis eo agunt, [...] cutis vitam restituant, et transspirationem promovea[nt] porro urinae secretionem adaugeant, atque ita quanta[m] vim in systema reproductionum exerceant testantur.

Huc pertinent stipites Dulcamarae, porro potus spe[...] lign. succi herbarum recens expressi, infus. seu Decoc[t.] hb. jaceae, rad. sassaparill., rad. seu lign. Juniperi, Pi[...] turion, lign. Guajac. chelid. maj. rad. senegae etc.

2) Remediae, quorum virtus inprimis in excitan[do] systemate lymphatico, atque in promovendis secretionib[us] cernitur, uti Antimonialia, sulph. antim. aurat. aethio[ps] antimonialis, vinum stibiatum.

3) *Mercurialia*, quae imprimis coniuncta cu[m] antimonialibus fortius etiam in systema lymphaticu[m] agunt, praecipue in complicatione cum syphilide s[ub] forma Pulvis Plummeri.

4) Sulphur eiusque praeparata a multis in qualib[et] herpetis forma, excepta syphilitica, laudantur. Notu[m] tamen est, ab aegrotis, morbis nervorum vel pector[is] laborantibus aegre ferri.

5) Alumen [38]) aliaque similia tonica, quae etiam non in omni causa adhiberi possint, tamen si corpus iam ma[-] gis debilitatum est, non sine prospero eventu propinantu[r].

6) Terra ponderosa salita, inprimis in scrophulos[a] complicatione ad malum sanandum aliquid conferre potes[t].

7) Graphites [39]), cuius effectus a Weinhold impr[...]

38) Ad usum externum iam a Celso commendatum, ab Hufland[...] pro interno recentiore tempore.

39) Weinhold, l. c. p. 93.

nis in coniunctione particularum metallicarum cum car-
ogenio intima, atque in augenda urinae secretione posi-
us esse dicitur.

8) Acida, non solum vegetabilia, sed etiam metal-
ica indicata sunt, ubi dyscrasia scorbutica herpetem co-
nitatur.

9) Laxantia remedia, quorum vis atque efficacia,
quum primae viae haud raro impurae deprehendantur,
acile intelligitur. Simul autem eo agunt, quod nimio
n cutem impetu blande derivant.

Edwards [40]) contra inveteratum herpetem etiam Arse-
ticum, quod etiam Foderi concedit, in solutione Fowleri
um decoct. cort. ulmi pro dosi gtt VI bis quotidie, et
losin quotidie augens gutta una, commendavit. Nunc
enio ad maiorem externorum numerum remediorum va-
ii generis.

In adhibendis externis remediis respiciendum est, ne
tatim ab initio ad fortiora confugiamus, sed interna re-
nedia mitioribus internis adiuvemus. In universum causa
lemum remota, localia remedia indicata sunt; sed sem-
per caute incedendum est, quia exanthema facile prae-
nature supprimitur, atque hoc suppresso graviores par-
ium internarum morbi gignuntur. Itaque si herpes magis
ocalis est, etiam localis medela expostulatur. Quo magis
autem vita cutis debilitata iacet, eo fortioribus uti licet.

Itaque fortiore herpetis phlogosi ac dolore ipsae hi-
udines vel cucurbitulae cruentae applicandae sunt, vel
i crustae emoliendae sunt, cataplasmata e mica panis;
arina seminum lini, cum lacte vaccino parata, et ano-
lyna, vapores tepidi, unguenta emollientia, olea, buty-
um recens, vel cacao, fomentationes cum malvae sa-
inaeque [41]) decocto sese commendant. Prosperrimo

40) Med. phys. Journ. Nr. XI. p. 113.

41) Kausch, Memorabil. d. Heilk., Staatsarzneiwissenschaft u. s. w. Züllichau 1813. Bd. 1. S. 35.

2

successu adhibentur etiam balnea [42]) simplicia calida v saponata, furfuracea, farinosa, ex amylo, florum malv decocto, lacte parata, quae simul vehementem prurjtu et dolores mitigant. Praecipue in pertinaciori herpe aquae marinae [43]), Thermae Wisbadenses [44]), Nenndorfer ses [45]), Krzeszowicenses, et artificales laudatae sunt. N minus calor animalium recens mactatorum negligendus es

Ad ea remedia externa, quae cautius sunt appl canda, pertinent lotiones e decoct. sabinae, bardana enulae, Dulcamarae, seminum sinapeos, cort. nucis j gland. viridis, porro solutiones aeruginis, plumbi, aci hydro-cyanici [46]), aq. calcis, acid. nitr. muriatici etc. Por unguenta e sulphure, cum axung. porc., e Zinco su phurico [47]), Hydrarg. oxyd. rubr. Hydrarg. muriat. co rosivo [48]), Hydr. acetato [49]), tartaro stibiato [50]), gr phite, carbone ligni, oleo animali Dippelii [51]), ect.

Setacea, fonticuli, vesicatoria, tinct. cantharid. alia epispastica caute adhibenda sunt.

---

42) Bang (collect. Havniens. V. 1) cum prosperrimo succes frigida adhibuit.

43) J. Lanzoni, de herpete sola aqua marina curato. (Misc acad. nat. cur. dec. III, an. 7 et 8. 1699 et 1700. p. 116.)

44) Ritter in Hufeland's Journ. Bd. 7. S. 3. S. 74.

45) Weiz in Hufeland's Journ. Bd. 24. S. 4. S. 32.

46) In Rust's Magazin f. d. gesammte Heilkunde Bd. 21. H. S. 569—571.

47) Wezler, Nutzen der Zinksalbe gegen Flechten, vid. Harleß Jah bücher. Bd. 1. S. 1. S. 153.

48) Bell, a. a. O. — Oswald, in Hufeland's Journal Bd. S. 3. S. 40.

49) Styx ebendaselbst. Bd. 8. S. 1. S. 174.

50) Nach Malfatti.

51) Alibert a. a. O. S. 301.

Herpetibus pertinaciter durantibus magis emendandus est usus aceti, cuius vim sanandi iam veteres perspexerant [52]).

Nihilominus usus acidi citrici [53]) laudatur.

Porro commendat Vogelius ceratum quoddam, quod constat partibus aequalibus succi Niccotianae et cerae flavae, simul cum resina Pini Terebinthinaeque atque oleo Myrrhae.

Multum laudis etiam tribuitur efficaciae sanandi, quam exerceat herba Millefolii. Affectae partes aut eius decocto lavantur, aut fomentationes instituuntur.

Borax [54]) adhibetur aut externum remedium lavandi, aut in unguenti forma, et a compluribus medicis aeque ac manganium oxydatum nigrum [55]), cuius sex partes cum sedecim partibus axungiae ad unguentum parantur, prospero cum successu propinatus est. Ammonium muriaticum [56]), etiam externe praecipue a Francogallicis medicis est laudatum.

Inprimis chlorum [57]) (acidum muriaticum oxygena-

---

52) A. Serenus, medicina, cap. de Alex. Trallianus, de arte medic. exanthemat. lib. I. cap. 9.

53) Rodsschied, med. u. chirurg. Bemerkg. et Schindler, Comment. med. de usu conii maculati et acidi citrici ect. Ulm 1791.

54) Löffler, Beiträge zur Arzneiwissensch. und Wundheilk. Leipzig 1791. Bd. 1.

55) D. Morelot, nouvelles vues sur l'emploi de l'oxide de Manganèse (Annal. de la soc. de méd. de Montpellier. T. 3. p. 1. S. 267.)

56) Martinet, expériences nouvelles sur les propriétés de l'alcoli volat. fluor. Paris 1780.

57) M. Chevalier, recette d'une Pommade antidartreuse. (Journ. chimiq. médic. Mars 1816. S. 126. — Bulletin des sciences médic. de M. Fermon. 1826. Mai. Nr. 5. S. 108, qu'on a employée avec succès dans le traitement de plusieurs espèces de

tum) vim sanandi compluribus testantibus exercet. Partes ab herpete affectae aqua oxymuriatica lavantur, a oleo quodam linimentum paratum adhibetur. Dejmannu et Brinkmannus hoc remedium prosperrimo successu i usum vocarunt.

Recentiori tempore Francogalli iodo [58]) etiam externe usi sunt, qua de re apud nos pauca tantum experimenta instituta sunt. — Lusitani externe herpete sanare solent succo limoniensi et foliis cisti ladanifer dum simul ab aegrotis Agoa de St. Miguel bibitur.

Curatio ulcerum herpeticorum.

Ulcera herpetica ab his exanthematicis morbis causalibus usque ad hanc ipsam formam aucta et amplificat quibus universus organismus quasi sympathice afficitu quum non solum sint malum topicum, ratio sanandi tantum topica et ad formam ulceris restricta certissime no nisi raro consilio nostro respondet, imo etiam symptom opprimendo neque causam tollendo, maximum damnu ac detrimentum adfert. Quare in ulceribus herpetici tractandis ut modo supra in universum commemorat agatur, necesse est. Praecipue respiciatur summa ulceris mundities, et continuata curatio ulcerum topica semper ad statum ulcerum vitalitatis habeatur. Ulcera s inflammata ac dolorosa sunt, modo tepida balnea, miti unguenta, v. c. ung. Altheae ect. et fomentationes ad

---

dartres et particulièrement contre les dartres crustacées, furfuracles et squameuses. Formula haec est

℞.	Acid. muriat. oxygenat	℥jjj
	Hydrarg. sulphurici	℥jj
	Axungiae porc.	℥jj
	Olei Amygdal. dulc	℥vj

D. ad vitrum bene clausum

58) Biett, in Froriep's Notizen a. d. Gebiete d. Natur- u. Heikunde. Bd. 19. Nr. 7, wie auch Nr. 544. S. 249—252 (au dem Journal hebdom. Juillet 1829.

beantur. Inflammatione decrescente sensim ad balnea lphuracea, sublimati [59]) solutionem in forma aquae phadaenicae, ad unguenta sulphuris, praecipit. rubri et compluria alia iam supra dicta remedia transeatur.

Praeterea magni momenti est, provocatio ulcerum tificalium in vicinitate, quibus vitalitas aucta partis afctae atque secretio derivatur ac diminuitur.

Si ulcera et externis et internis remediis adhibitis n cedunt, saepe fames adhibitus usque ad vitam miniam, et decoctum Zittmanni magnum habuerunt effectum.

Manus chirurgica tum modo auxilium adfert, si heretes naturam habent carcinomatosam [60]); corporisque rtes, quae adiacent, nobiliores ab herpetibus vastari ac leri periclitantur.

Feliciter ii herpetes exstirpantur, qui tantum in la cellulosa sub cute sedent. Dr. Eberl [61]) cultri auxi- sanavit herpetes inveteratos et degeneratos. Cui etiam everinus assensit observans, unam exedentis herpetis rtem exstirpatam sanam esse, alteram vero naturae rectam molestias haud exiguas perpeti.

Certissimum est, cultrum causticis praeferendum esse, iibus malum facile in formam malignam, imo carcinomasam commutari possit.

Remoto denique herpete, reconvalescentia etiam reicienda est. Itaque omnia, quae debilitatem atque senbilitatem cutis adaugere possint, evitanda sunt. Non ne utilitate, balnea quoque ab initio tepida, deinde radatim in frigida mutata, atque si licet, martialia in

---

59) Solutio a Rusto magnopere laudata (vid. Helkologie Bd. 2. S. 31) haec est. Merc. subl. corros. grjj. Aq. Rosar. ℥Vj. lact. sulph. ℨjj. Sacch. saturn ℨß. MS. z. äußerl. Gebrauch.

60) Si herpes carcinomate complicatus est, Dr. Betschler (vid. Rust's Magazin Bd. 19. H. 1. S. 55.) Hellmundi methodum commendat.

61) vid. Rust Magazin f. d. gesammte Heilk. Bd. 25. H. 1. S. 142.

usum vocantur. Pro usu interno roborantia, amara, nica sumantur.

Morbi historia.

S. mulier LXV annos nata, constitutione veno scrophulosa, omnes infantiles morbos, ut morbil scarlatinum, qua affecta est anno aetatis suae decir bene superaverat. Ab eo inde tempore scrophulos signa apparuerunt, quae non prius cesserunt, qu anno aetatis decimo quarto, quo mensium molimina p mum sensit; qui tamen, praeterlâpsis tribus dem annis, iusto ac legitimo tempore fluere inceperunt, quo tempore prospera gavisa est valetudine. Viro nu enixa est intra undecim annorum spatium septem inf tes, e quibus quos ultimo loco peperit, tres talipedil varis deformes erant. Post coniugis sui mortem angus pressa vitam laboriosam molestamque agere inque do cilio arcto et humido habitare coacta fuit. Sub tali rum conditione annos climactericos assecuta post aliq menses de doloribus mammae sinistrae urentibus ac p rentibus conqueri coepit, quos praevios dolores vesicu rum sero repletarum eruptio ibi mox insecuta est, qu quemadmodum ex iis, quae de mali natura aegrota no retulit, apparuit, herpeticae indolis fuisse videtur. H affectio, qua per duodecim fere annos laboravit, ser ad foveam axillarem sinistram, in qua aegrota dolo sensit vehementes, pungentes atque urentes, ab ista gione ad digitos extremos usque descendentes, migra ex quo tempore in dies brachium tumescere coepit. R bus ita comparatis medici urbis Lipsiensis celeberri auxilium petiit, a quo, quum mulier accuratius explor esset, haec reperta sunt: Narravit illi, brachii tumor cum doloribus coniunctum paulatim ad digitorum api descendisse. Circumferentia medii brachii $7\frac{3}{4}''$ carpi 8 digiti indicis primae phalangis $4''$ est emensa. Ex mam

ffecta sanguis subinde per octo annos iam effluebat, arioque tempore motus febriles ac digestionis molestiae dfuerunt. Quae quum ita essent, pulveres porrigere ex igit. purp. et Calomelane compositos, brachium involere lana atque inungere ung. neapolit. visum est. Postea olutum pill. Plummeri, et tart. stib. in aq. flor. Samuci accepit. Sed quum morbi vis non decresceret, ille nedicus aegrotam instituto polyclinico chirurgico urbis ipsiensis tradidit. Exploratio ibi instituta haec docuit.

Mamma sinistra ulceribus superficialibus, e quibus rofluebat ichor acerrimus, partesque vicinas corrodens lane deformata fuit. In media mamma profundius aliuod ulcus, quod formam infundibuli marginibus inversi rae se ferebat, apparuit, et foveam axillarem simile xulceratio occuparat. Brachii intumescentia inaequalis, uperficie aspera ac tuberosa, dura, nec digito prementi edens, omni sensibilitate caruit, et superiorem brachii artem, qua infectus est musculus deltoideus, herpes rustaceus obsedit. Vires febre hectica, quae nunc magis erspicua fuit, fractae iacuerunt. Quare ad erigendas ires tonica interne adhibere ratio iussit, externe autem rospicere summae corporis munditiei et brachium lana nastige bene fumigata involvere visum est. Qua curatione lcera quidem emendata sunt, tumor autem brachii non nodo non cessit, sed adeo adauctus est, ut aliis malum ropter telae cellulosae cutis crassitudinem et degeneraionem, nec non ob deformem marmoraceum adspectum, uem brachium praebuit, elephantiasis, aliis propter tunorem non dolentem, duriusculum, prementi digito non edentem, oedema sarcomatosum esse videtur. Crescenibus molestiis ac febre hectica in dies aucta mulier obiit.

Sectio XXIV. hora post mortem instituta.

Cadaver admodum emaciatum fuit, brachio autem menso haec cognita sunt:

Ambitus articuli humeri, qui aegrotabat, fuit	12″,	sani	$5\frac{1}{4}$
olecrani supra articulum	$15\frac{1}{2}$″	—	$5\frac{1}{2}$
articuli manus	$12\frac{1}{8}$″	—	4″
manus	$15\frac{1}{8}$″	—	$5\frac{1}{4}$′
digiti indicis primae phalangis	6″	—	$1\frac{1}{2}$
— tertii	$7\frac{3}{5}$″	—	$1\frac{5}{8}$

Totum brachium calorem cerae similem et albidu perhibuit. Mammae ulcus superficiale tantum ac si excrescentiis et marginibus inversis fuit. Tela cellulo ei subiecta, in massam steatomati similem abierat. I incisura cultri ope a fovea axillari ad plicam cubiti se extendente fluidi serosi mensurae VI profluerunt. Te cellulosa cuti subiacens, laminas praebuit tendinosas, t nues, splendentes, quae rimas inter se formabant, p quas adeps granulosus promanavit, sub quo in regio axillari glandulae induratae, omnia vasa ibi sita velut l gamentum circumdantes, in conspectum venerunt. Inpr mis vena axillaris ita fuit coarctata, ut lumen eius sp cillo vel subtiliori impervium se ostenderet. Incisa va exsanguinea fuerunt. Inter tuberculum maius et min exostosis magnitudine nucis iuglandis conspicua fu Reliqui corporis sectionem propinqui mortuae recusarur excepto thoracis cavo, quo aperto pleura sinistri later iusto firmius adhaerens, uterque pleurae saccus sero r pletus, denique apex pulmonis sinistri tuberculis obsit quorum pars iam emollita fuit, apparuerunt.

Epicrisis.

E morbi historia elucet, aegrotam ab initio simpli mammae sinistrae herpete miliari laborasse, ad que gignendum constitutio scrophulosa, anni climacterici, d micilium humidum ac vitae genus aerumnosum labori sumque multum contulisse videntur. Quod malum, n glecta corporis munditie neque ullo auxilio medico a

ibito, brevi in herpetem exedentem transiit, qui, uti
olet, secreta sanie acri partes affectas corrodente ul-
cera genuit, quibus ipsum mammae parenchyma demum
bnoxium fuit. Sic cum ichor a vasis lymphaticis vicinis
usorbentur, malum ad glandulas axillares delatum est,
uae inde irratatae intumuerunt inflammataeque indura-
onem sunt expertae.

Glandulae tali modo induratae, omnia foveae axil-
aris vasa vinculi instar constringentes, tantopere com-
resserunt, ut sanguinis lymphaeque circuitus valde tur-
aretur. Omnium autem maxime vena axillaris, quippe
iius lumen angustissimum inventum sit, hanc infestam
m perpessa esse videtur. Qua dc causa, sanguinis
ircuitu, vasorum lymphaticorum ipsorumque nervorum
ctione cohibitis, oedema ortum est.

Affecta enim prius sola mamma, brachium cuius vis
ffectionis expers fuit neque quidquam, quod a lege re-
ederet, prohibuit, postea autem cum, mutata morbi
ede, malum ad foveam axillarem migrasset, intumescere
cepit.

Rebus ita comparatis, diagnosis fuit difficillima, prae-
ertim cum induratas illas glandulas axillares per inte-
umenta inflata sentire non liceret.

Cutis enim ac tela cellulosa, uti videbantur, incras-
itae degenerataeque, nec non durities digito vel maxime
rementi nullo modo cedens adspectusque brachii defor-
is, superficie inaequali ac marmoracea, elephantiasin
lesse, extra omnem fere dubitationem posuerunt.

Quem tamen durum cutis brachii tumoreni nil nisi
edema, neque ullam telae cellulosae vel cutis degene-
itionem esse, sectio evidentissime docuit.

Durities enim illa, quae cum oedematis natura vul-
o non convenit, indc nata est, quod interstitia telae

cellulosae ingenti seri copia referta turgebant, quo r
moto cutis collapsa sana et integra neque ullo in lo
indurata neve degenerata apparuit.

Quae cum ita essent, remedia in usum vocata pr
spero omni eventu destituta fuisse, cum solum a gla
dulis axillaribus mature exstirpatis aliqua salutis spes r
fulgere potuerit, non est, quod miremur.

VITAE CURRICULUM.

Ego, Carolus Heyner, ecclesiae evangelicae addictus, natus sum die IX. mensis Junii, anni MDCCCXI, in pago Harras, patre Friderico, verbi divini ministro, quem morte mihi ereptum vehementer doleo, matre Charlotta, ex gente Schomburgk, qua superstite adhuc gaudeo. Primis literarum elementis et ab ipso patre carissimo et a ludi magistro pagi Harras imbutus, omninoque salutaribus praeceptis ad virtutis et honestatis studium conformatus, traditus sum anno hujus saeculi XXIV. scholae Martisburgensi, ubi mihi per septem fere annos optimorum magistrorum praeclara institutione et amore maximo frui contigit. Inde anno h. s. XXXI. ab Ill. Berndtio Gryphiensi universitati adscriptus ad artis medicae studium memet applicui, atque per unum annum praeter philosophicas Ill. Erichson, historicas Ill. Kannegiesser, has praeceptorum illust. scholas frequentavi: de botanice et zoologia Ill. Hornschuh, de physice Ill. Tillberg, de chemia Ill. Huenefeld, de anatomia humana et theoretica et practica Ill. Schulz ac Cel. Laurer. Anno MDCCCXXXII Gryphiam cum alma Lipsiensi universitate commutavi, ubi a Rectore Magnifico Ill. Klien artis medicae studiosis adscriptus sum. Scholae, et theoreticae et practicae, quibus sedulo interfui, hae sunt: de botanice Ill. Schwaegrichen de chemia Cel. Erdmann, de anatomia humana et theoretica et practica Ill. Weber ac Cel. Bock, de comparata Cel. Volkmann, de pathologia Ill. Cerutti, de physiologia Ill. Weber ac Ill. Kuehn, de anthropologia Ill. Heinroth, de pathologia et therapia generali et speciali Cel. Radius et Cerutti, de materia medica

Ill. Haase, de arte formulas medicas concinnandi C
Kneschke, de chirurgia et ophthalmiatria Ill. Kul
et Carus. In arte obstetricia Ill. Joerg mihi fu
praeceptor, in medicina psychica Ill. Heinroth, in ar
fascias applicandi Ill. Carus. Denique institutum cl
nicum, quod Ill. Caro, Kuhlio et Wendlero mod
rantibus floret, frequentavi, obstetricium Joergii, op
thalmiatricum Ritterichii et policlinicum chirurgicu
Cari et Waltheri. His praeceptoribus omnibus
singulis propter multa humanitatis et benevolentiae, qu
bus me ornarunt documenta, non possum, quin hac da
opportunitate pios et gratos animi mei sensus palam d
clarem. Imprimis universo Gratioso Medicorum Ordi
Lipsiensi religiosissime mihi colendo, qui stipendio st
dia mea liberaliter adjuvit, gratias ago quam maxin
debitas. Gratissimo autem animo semper mihi colen
erunt Viri Ill. Carus et Walther, quibus quantu
debeam vix queo dicere et quorum erga me benevolu
animum, ne immodestus videar, extollere praetermitt
Hi in aegrotis visendis atque curandis me sibi ad manu
esse voluerunt, atque sic mihi ut in cognoscendis cura
disque morbis recte versari discerem auctoritate, con
lio et exemplo egregiam fecerunt copiam. Tum vero
Ill. Caro et Walthero mihi munus medici secunda
in schola chirurgica policlinica demandatum est, quib
in perpetuum conservabo animum gratissimum. Men
Aprili anni MDCCCXXXVII Berolinum profectus, r
ctore magnifico Ill. Heffter inter almae Fridericae Gu
lelmae universitatis cives receptus et ab Ill. Wagne
decano spectatissimo, in album facultatis medicae i
scriptus sum.

Jam vero tentaminibus tam philosophico quam m
dico nec non examine rigoroso rite peractis, spero fo
ut dissertatione thesibusque defensis, summi in utraq
medicina honores in me conferantur.

THESES DEFENDENDAE.

I. Malum hypochondriacum animi simul ac corporis medicinam requirit.

II. Quaevis sanatio chemica est.

III. In pneumonia tartarus stibiatus in majori dosi propinatus, prosperrimo successu adhibetur.

IV. Pulmonem inter et hepar est antagonismus.

V. Ulcerum curatio plerumque ab interna medicina petenda est.

VI. Vulnera venarum majorum sanat natura ipsa.

E R R A T A.

Pag. 8 lin. 11 Follopius lege Fallopius

\- 9 - 13 opinionem l. opinionum

\- 15 - 21 ulcos l. ulcus

\- 18 - 13 erysepelate l. erysipelate

\- 23 - 1 emendandus l. commendandus

\- 24 Acid. mur. oxyg. ℥jjj l. ʒjjj

\- 24 Hydr. sulph. ℥jj l, ʒjj

\- 24 Ol. amygd. ℥vj l. ʒjjj.

\- 27 lin. 23 mastige l. mastiche

\- 29 - 29 tumoreni l. tumorem